

Confoederatio
NOBILITATIS
MINORIS POLONIÆ,
PALATINATUUM
Cracoviensis & Sendomiriensis,
JURAMENTO CONFIRMATA,
In Castris prope Cracoviam Anno 1656.
Die 23. Octobris.

221339 I



Est. XIV, 361 wymienia
w jęz. niemieckim:
Confoeration



Nos Senatores, Dignitarij, Magistratus & Univerſa Militia Palatinatum Cracoviensis & Sendomiriensis, nec non Copiæ Exercituum Regis & Reipublicæ, & quotquot Univerſim Literis Publicis ſe-
Universalibus Mandatis S.R.M. Domini D. Noſtri Clementiſſimi, & Literis Excellentiſſimi Domini, D. Georgij Lubomirski, Comitis in Wiſnitz & Iaſſlavy, Supremi Regni Mareſchalli, Generalis Minoris Poloniæ, Cracoviensis, Scepuſienſis, Chmelnicensis, Niſinenſis, Caſimirienſis: Olſty-
nenſis, &c. &c. Gubernatoris, tanquam p. t. Exercituum Ducis Delegati, ad expugnandum & depellendum hoſtem Cracoviâ, Regni Metropoli, exciti comparuimus; Hoc inter Nos Fraternū & Sacroſanctum ſcœdus ſeu vinculum, priores Conſcœderationes, contra eundem hoſtem jam aliàs factas, reaſſumendo, & præſentem Noſtram eiſdem conformando, ſancimus, & ita Nobis mutuò ac viciffim promittimus & ſacroſanctè juramus. Inprimis, quod omnes, nemine excepto, vigore iſtius juratæ fidei, arma ſumem⁹, & hanc Expeditionē

ex omnibus Bonis seu Possessionibus, tam Regijs, quàm Ecclesiasticis; & Equestribus susceptam, tam diu continuabimus, quòadusque contingat D E I benedictione, Fortalitiũ hoc ab hoste recuperare, & eundem radicitiùs extirpare.

Quia verò aliqui inveniuntur, qui in contemptũ Legũ & Sanctorũ alias susceptorũ fœderum, hucusq; non compa-
ruerunt, etiam post toties repetitas Literas publicas, quo neglectu plurimũ Conatus Hostiles promoverunt; idcirco Nos moderno hoc fœdere, hos omnes obstringimus & obligamus, ut intra decursum 8. dierũ, à data præsentium, ad Castra sese conferant, & ibi simul unã nobiscum labores belli sustineant, missa omni tergiversatione, ex causã Bonorum in alijs Palatinatibus possessorum, & exemptionum per gratiam Cancellariæ obtentorum.

Quod si aliqui tergiversari pergant, & deinceps in tempore nõ compareant, omnes illi, cujuscunq; status & conditionis fuerint; hoc est, siue illi qui titulo Nobilitatis gaudent, siue qui habent Advocatias & Scultetias in Bonis Regijs, vel Ecclesiasticis, siue qui possident Prædia & Alodia conjuncta Civitatib⁹, Oppidis, Curijs Regijs, Ecclesiasticis, Equestrib⁹, eorumque Hæredes, qui utifruuntur quibuscunq; Bonis, titulo Locationis, Arendæ, oppignorationis, aut quovis alio nomine; qui elocarunt summas pecuniarias, feceruntque frugiferas, obligatione inscriptionum, recognitionum, Chyrogrophorum, &c. Omnes hi nisi compareant & hanc nobiscum Expeditionem suscipiant, pro hostibus Patriæ habent-

bendi sunt, & Nostrū erit statim & in instanti pœnas ex-
sumere, & tum in ipsis Personis, tum in illarum Bonis, exe-
cutionem facere. Qua in re Fidem Excellentissimi Domini
Mareschalli Generalis Nostri obligamus, quatenus sine di-
latione Bona illorum confiscentur, taxentur, & eorumdem
precium in stipendia Militiæ, convertatur; ipsi verò
perpetuis temporibus, titulo Nobilitatis, Dignitatibus,
Officijs, & Honoribus excidant. Excipiuntur verà infirmi-
tate impediti; eam tamen legitimè comprobare tenentur,
adhibitis 4. Testibus possessionatis, sibi genere similibus:
nihilominus & ipsi sui loco Adscitos expedire debent, con-
gruè armatos, hoc est, singulos instructos, bom-
bardis binis manualibus & una gestatoria, & quorum
unusquisque condignè sustinere possit personam sui Princi-
palis. Patresfamilias expediant filios bello aptos: Senes Se-
xagenarij, uti lex exigit, substituunt alios pro quantitate
suarum facultatū, quod iudicio suberit Palatinatum, juxta
normam legum & moderni Fœderis, in præsentia Excellen-
tissimi Domini Mareschalli Generalis Nostri.

Quia verò, uti constitutum fuerat, Civitates primæ
Classis, ex septenis Domibus unum Pedestrem militem non
expediverunt, sicuti etiam Civitates secundæ Classis ex
duodenis unum, & tertiæ ex vicens unum; ideò nisi in de-
cursu octo dierum idipsum re & opere præstent (hunc enim
præcisè terminū præfigimus) statim in instanti (prævio ju-
ramento Consulū, de numero Domorum ad præsens in-

seffarum) contra Magistratus earum Civitatum, tanquam contra rebelles & hosti faventes, in ipsorum Bonis & Personis per realem Executionem procedendum erit.

Cum etiã palam sit, nonnullos Palatinat^o, Terras & Distriktus, Mandatis Serenissimi Regis ad communẽ Expugnationem hostium evocantis non obtemperasse (quo auctæ sunt vires hostiles, & nostræ imminutæ) ideo illorum Palatinatum, Terrarum, Distriktuum incolas, Fraternali amore, & vinculis Confœderationum supra memoratarum obstringimus, quatenus eo in passu, deesse nolint caræ Patriæ; sed potiùs unâ nobiscum onus subeant, tanquam ejusdem Patriæ nõ degeneres Filij. Sin secus; eò res veniet, ut pro Rebellibus Patriæ, Iurium ac Authoritatis Sacræ & Serenissimæ Regiæ Majestatis contemptoribus, à nobis habeantur. Quare Ex-tissimum Dominum Mareschallum Generalem Nostrium rogatum volumus, ut illos ad idem evocet.

Et quoniã Viduæ, Minorennæ, Spirituales, bona terrestria possidentes, quidã nullos, quidã non competenter expeditos milites præsentarunt; Hi deinceps sub iisdem pœnis ad diẽ (uti supra) præfixã, melius instructos & sufficienter armatos expedient.

Quia vero etiam tales non pauci reperti sunt, qui Divini timoris & suarum libertatum immemores, commercia cum Hostibus & Conferentias habere ausi sunt, alij, etiam hucusque inter illos versantur; utrisque ad resipiscendum idem tempus præfigimus. Quod si pro tempore in Castris

No-

Nostriſ nō comparuerint; pro hoſtibus Patriæ, ipſi, eorumq; poſteri, perpetuis temporibus habebuntur. Ii autem qui cum talibus, vel cum Hoſtibus deinceps, quocunque modo & ratione communicare vel conferre præſumpſerint, ſtatim & in inſtanti, pœnis & executioni ſubijciendi erunt; Bonæ talium conſiſcentur, taxentur, ſummæ taxatæ militiæ exolvendæ deputentur. Quia tamen nonnullorum transfugarum Filij, in fide & obſequio Reipublicæ nobiſcum permanent, ij relinquuntur in poſſeſſione Bonorum Paternorum, eo tamen pacto, ne cum Parentibus ullam communicationem habeant, & nec ipſiſ tanquam perduellibus, nec hoſtibus, favoriſ quidquam oſtendant.

Cum autem maximopere expediat, ut opus hoc benè cæptum, feliciter cū Dei auxilio continuemus; igitur fraternè nobiſ ſpondemus, & viciffim noiſ fide juratâ obſtringimus, ut quotquot in hiſ Palatinatiſ ſubſtantiſ Noſtraſ & poſſeſſioneſ habemus, juramento adſtricti hoſtem unanimiſ aggrediamur, & alter alterum non deferendo, omneſ in hac Expeditione conſtanter perſeveremus, quamdiu neceſſitaſ expoſtulaverit. Si quiſ tamen morbo infeſtetur, iſ Legaliſ deferre tenebitur Centurioni ſuo, & Majoribuſ Præfeſtiſ, ſumetq; atteſtationem tûm à Centurione, tûm à Tribuno Militiæ, & eandē Excellentiffimo Domino Mareſchallo Generali noſtro præſentabit, verboq; Nobiliſ comprobabit. Quo factô, declarabitur liber; ita tamen ut ſui loco ſubſtitutoſ pro ratione conditioniſ ſuæ relinquat.

Quam-

Quamprimum autem, divinâ favente Clementiâ, præ-
sens Expeditio finita fuerit, Castra solvi, aut Militiam dila-
bi nolumus, nisi prius per Nos ipsos, de quovis Rebelli & hu-
jus sacrosancti Fœderis violatore fiat executio. Ita Nobis
Vniversi spondemus, & ad invicem juramento Nos ob-
stringimus. Actum in Castris prope Cracoviam
die 23. Mensis Octobris Anno 1656.

